Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36884
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Ferosolymam ineunt, grassante pestilentia multa millia eorum intercepta sunt, inter quos etiam Langravius Thuringie defungitur.

M. CCXXVIII. Heinricus Ducis Austrie filius imatura preventus morte obiit. Maximū discordie malum inter Gerardū Epū Pataviens. et Kathedrales, et ministeriales ipsius Epi exortū. NB. Procul dubio Chronographus noster hic agit de dissidiis inter Gebhardum Episcopum Passavien. et Capitulum Cathedrale, de quibus Cl. Hansizius Metrop. Laureac. pag. 371.

M. CCXXVIII. Imperator ab Apostolico anathemate cauteriatus, fidelis Christi peregrinus Ferosolymam proficiscens, ubi modico tempore residenciam faciens, cooperante mirabiter et misericorditer Deo, ipsoque Soldano pie annuente Dominicum Sepulchrum cum Terra promissionis, eliminatis Paganis.....recepit. Inde rediens plurima sibi castella à Domino Papa hostiliter bellando prerepta ..... ipsis Castellanis voluntarie cedentibus et se se dedentibus pristine ditioni restituta. Quod malum simultatis inter Dominum Papam, et Imperatorem nullo pacto ..... nulla concordia pacis adhuc irrevocabiter durat.

Fridericus dux Austrie Styrieque admodum puer filius Dni et vere patris tocius Cleri Ducis Leopoldi, filie Ducis Meranie matrimonio copulatur.

M. CCXXX. Hoc anno Dux Austrie et Styrie Leupoldus patrie decus, unicum Cleri solacium ad abolendum Schisma inter Dominum Papam et Imperatorem desudans luctuosa morte defungitur. Ejus obitum quante ministeriales dissensiones, quante rapine et irruptiones sint secute, facile cognoscitur, si una principis ≠ perpenditur;
≠ mors omnibus damnosa